



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

X. Vt episcopus non deponatur, nisi a duodecim episcopis, presbyter a sex, diaconus a tribus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

ANNO  
CHRISTI  
895.

culari habitu constitutus, legationem episcoporum impediatur, vel conturbare præsumat. Vt autem vnanimitas & concordia sit inter episcopos & comites, placuit, vt si quis episcopus domi residens, conuentum populi esse voluerit, & comes nihilo minus in ipsa eademque die placitum esse dixerit, effectum obtineat qui prior indicauerat, salua tamen dignitate & potestate episcopi.

## X.

Statutum est in hac sancta & vniuersali Synodo, vt nullus episcopus deponatur, nisi a duodecim episcopis, presbyter a sex, diaconus a tribus. In Concilio Carthaginensi capite duodecimo Felix episcopus dixit: Si quis episcopus in reatum aliquem incurrerit, & non potest plurimos congregare episcopos: ne in crimine remaneat, a duodecim episcopis audiatur: & presbyter a sex, cum proprio suo episcopo: & diaconus a tribus episcopis audiatur. Et in eodem Concilio capite vigesimo: Vt presbyter a sex, diaconus a tribus discutatur episcopis. Reliquorum clericorum causas, etiam solus episcopus loci cognoscat & definiat.

## XI.

Si quis clericus, quamuis nimium coactus, homicidium fecerit, siue sit presbyter, siue diaconus, deponatur. Legimus in Canonibus apostolorum, quod episcopus, presbyter, & diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur; quanto magis is, qui hoc immane scelus fecerit ab ordine cessare debet? Qui enim Christum sequi desiderat, debet, sicut ille ambulauit, &

*Concil. Tom. 24.*

M m m m